Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

450

sed iusta vindicta. Paulus etiam quendam
peccatorem tradidit satane in interitu
carnis, ut anima salva sit. Nescitis inquit
cuius spiritus estis. Hoc tamen non est recogno
scentis cuius spiritu signati estis. et ideo vul
tis prodium quod non licet illis qui servi dei
vindictam exercere. Sane perfecta
virtus et pie consulit et iuste iudicat
vel expellit, quia nulla est iracundia
ubi caritatis est plenitudo.

Hinnulus velocior est cervus ... exsultavit ut gigas ad currendam viam.

alb.

Iesus ergo ante sex dies pasche
venit bethaniam, ubi fuerat lazarus
mortuus quem suscitavit ihesus. Qui sex
diebus omnia fecit, qui sexta die hominem cre
avit. sexta etate redimere venit. sexta
feria vi hora moriturus. ante sex di
es venit bethaniam, ut lazari resur
rectio artius memorie traderetur
omnium. et inexcusabiles iudei efun
derent. tractantes de morte tanti
suscitatoris. Petit etiam a nobis obe
dientiam hinnulus cervorum, semper obe
diens patri usque ad mortem. dum sua
presentia sublimat bethaniam quasi
agnus ad victimam venturus iero
solimam, ut verum pascha habeam.
clviii. cclxxiii. lxxiiii.

Et cum esset bethanie ihesus in
domo symonis leprosi. xcvii.
Cognovit ergo turba mul xcviii.
ta ex iudeis quia illic est

et venerunt non propter ihesum tantum, sed ut la
zarum viderent quem suscitavit a mor
tuis. Curiositas eos adduxit non caritas. Sy I. iiii.
mon quondam fuerat leprosus sed tunc erat
mundus quia a domino sanatus. manet adhuc
pristino nomine. sicut matheus et nunc appellatur
publicanus. licet desierit esse publicanus.
Quidam per symonem intelligunt fideles a
domino mundatos a peccatis. Interpretatur enim
obediens vel mundus. Per peccatum autem primi
hominis facta fuit terra domus symonis leprosi.

Pharisei ergo dixerunt ad cu.
semetipsos. Videtis quia nichil
proficimus. Ecce mundus totus post ipsum
abiit. Hoc prophetant, sed nescientes. Quid mirum
si post ipsum vadit mundus per quem factus
est mundus. xcviii.

Cogitaverunt autem principes sacer
dotum ut lazarum interficerent,
quia multi propter illum ex iudeis. et credebant
in ihesum. O stulta cogitatio et ceca sevitia.
Qui suscitare potuit lazarum, non posset
occisum. xcviii. cclxxvi. clviii.

Fecerunt autem cenam lxxiiii.
ei ibi, et martha ministrabat.
lazarus vero unus erat discumbentium cum
eo. Lazarus interfuit cene, ne putarent
esse fantasma, quod mortuus resurrexerat.
Licet omnes virtutes quas interius filius dei ma A. Sal.
iestatem suam perditurus implevit, mirari
tantum valeant homines ut ubis de

I. iiii.

Incip. ...

duo capitula sub uno usu.